Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg

Bibliographische Daten

Titel: Sammelhandschrift, Predigerorden betreffend – Nürnberg, STN, Cent. IV, 75

Signatur: Cent. IV, 75

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0 uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

opera mala excludantur a nobis ut sicut
miles in posterum domini ihesu christi sic fuit sic
huius seculi usque nunc. Et addidit. Nunquid
domine dixistis bene omnia que fecistis. Illo
que respondente quod omnia que memorie occur
rerunt pro certo dixisset. Illa iterum explicavit.
Videatis bene quod dixeritis omnia. Cumque ille
responderet quod omnia de quibus recordatus
fuerat pro certo dixerat confessori. licen
ciavit se abeo permisit eum parumper discedere
et mox per manum ex parabus fecit eum ad se
vocari et dixit. Videatis obsecro quia forsan
nocum si aliquid de peccatis meis preteritis
obmisistis. Illo autem oio affirmante se
cuncta dixisse. traxit eum ad partem et unum
grave peccatum quod dudum ipse in partibus apu
lie secretissime fecerat ei ad memoriam
revocavit. Quo audito stupuit miles
ille veritatemque confitens et dicens se ce
pisse oblitum confessore repente et peccatum
sacramentaliter est confessus absolutionemque ac
salutarem penitenciam pro peccato recepit. Sed hoc
ipso miraculo tacere non potuit quin cunctis
audire volentibus nunciaret dicens cum cum
muliere samaritana. Venite et videte virginem
que dixit mihi quecunque in remotis partibus
peccando commisi. nunquid ipsa est sancta pariter
et perfecta. et procul dubio est inquiebat. nam
peccatum quod mihi ad memoriam reduxit nullus
aut nulla hominum unquam scivit me solo
excepto et ex illa hora ita virgini adhe
sit obediendo sicut solent discipuli suo ad
herere magistro sicut ego ipse testis sum. Quan
tum autem nota ei fuerit illa conversio
ostendit mors brevi post tempore subsecuta
Nam anno illo temporalis huius vite cum
sum infirmitate corporis superveniente
finivit in bona disposicione migrans
ad dominum. Vides ergo lector prime opacius
miraculum vides prophetica revelacione pecca

vides et finalem salutem hominis in peccatis
hactenus indurati per hanc sacram virginem
dominum fecisse simul et ostendisse. Sed attende
de quo sequitur ut prophetico eius spiritu simul
cum miraculoso experiaris auxilio pro
cam celitus ministrato. Etiam ante
annorum multa curricula et antequam hoc alme
virginis meruissem habere familiarem no
ticiam in castro quod mons policianus dicitur
<ciuitas> apud perusinam monasterio virginum ordinis
mei cure subiecto ubi circa quatuor annorum
spacium moram traxi. Cumque ibidem
uno tamen fratre ordinis degerem comitatus
quia conventus fratrum eodem in oppido he
dificatus non est libenter fratres ad me veni
entes ex conventibus vicinis videbam et
potissime mihi familiariter notos. Quorum
frater thomas confessor virginis sepis
sime superius nominatus una cum fratre geor
gio nadde nunc sacre theologie magistro
cogitaverunt ad me venire de conventu
senensi ut aliquid consolacionis spiritualis
adinvicem percipere valeremus et ut circa
possent redire ad virginem cuius curam deus
frater thomas habebat continuam equos ac
ceperunt sub mutuo ab amicis et notis. Tu
igitur iter peragerent et iam prope dictum
oppidum ad sex miliaria pervenissent vo
lentes tam se quam equos refocillare parumper
ibidem quieverunt licet invite. Et erant
ibidem quidam latrunculi qui quamvis non
exercerent publicam et continuam predam
quando tamen videbant aliquos incautos
vel solitarios incedentes libenter ipsos ad
loca solitaria deducendo quandoque privabant
spoliis quandoque vita corporea ut corpus eorum
per publicam iusticiam reperiri non pos
sent. Hii videntes dictos fratres absque
societate alia incedentes dum essent in quadam
taberna. mox ipsorum decem vel duodecim

De miraculosa
liberatione fratrum
a latronibus.